

eius proficiant^a augmentum^a. Precipientes ergo iubemus, ut, quicquid ad memoratam ecclesiam prefatus Dominicus episcopus nunc possidet vel in antea deo auctore successores eius posseuri dignoscantur tam acquisitum quam acquirendum, per hanc nostram auctoritatem quieto ordine teneant^b et possideant, universasque supra scriptas res et quecunque ab antecessoribus nostris eidem ecclesie confirmata^c vel quicquid in antea acquirere poterit, nostra inconvulsa auctoritate perhenni iure atque tranquilla quietudine^d habeat teneat atque possideat, ita ut a nullo unquam fidelium nostrorum controversetur atque inquietetur nulliusque ducis neque marchii neque episcopi aut comitis nec vicecomitis vel alicuius rei publice exactoris pertimescat^e aut sentiat molestiam, sed omnes res ad ecclesiam suam pertinentes omnesque servos et ancillas sub nostre tuitionis defensione vel mundiburdio recipimus, ut nullam publicam functionem^f faciant. Quęcumque autem res iam dicti episcopi per aliquam emphitheosim vel aliquolibet^g modo ab aliquibus hominibus possidentur, in prelibati pontificis successorumque suorum sint potestate, ut aut legitimum censum exinde recipiant aut, si eum^h solvere noluerint, ipsas res ad partem sepe nominate ecclesie modisⁱ omnibus recipiant. Illud etiam nostra^k inviolabili iussione sancimus, ut decime, que annue ex frugibus deo persolvi debent^l sive omnibus^m bestiis per totam Altinensem parrochiam eidem ecclesie, ut supra legitur, debite persolvantur. Similiter autem habitantes in vicis qui vocantur Aureliacus, Tertius, Montano, Galbanico, Pulderinis, Gaudentiaco et iterum Gaudentiaco, Uilla et alia Uilla ad partem iam fate ecclesie sancti Cypriani site in loco qui dicitur Priuatas perpetua stabilitate persolvant. Si quis vero contra hanc nostram auctoritatem venire aut eam irritam facere presumserit, sciat se compositurum auri optimi libras centum, medietatem camere nostre et medietatem rectoribusⁿ prefate ecclesie. Quod ut verius credatur et ab omnibus observetur, sigillo nostro sigillari iussimus et subter decernimus eam roborari.

Das des Eschatokolls entbehrende Diplom aus der Kaiserzeit Karls des Grossen, das wir danach vor uns

a) So die Hs., s. unten. b) 'teneantur' Hs. c) Dahinter fehlt 'sunt'. d) Korrigiert aus 'consuetudine' Hs. e) 'pertimescant' Hs. f) 'factionem' Hs. g) Wohl zu verbessern in 'alio quolibet', wie in dem DF. I. steht. h) Dahinter steht in dem DF. I. 'coloni'. i) 'mōis' Hs. k) 'nostre' Hs. l) 'debentur' Hs. m) 'de omnibus' DF. I. n) 'auctoribus' Hs.